



XI. 1<sup>f</sup> = Q.

(cat. 4, 9-22.)

# LEGES

Pro

Convictoribus Mensarum Com-  
munium in Collegio Paulino

# ACADEMIÆ

## LIPSIENSIS,

Recognitæ, & denuo publicatæ

Anno post Christum natum

M D C C X.

---

L I P S I Æ,  
LITERIS BRANDENBURGERIANIS.

9 19. Sept. 1700  
Fahr ißt ein Riß in einem  
in Erzgebirge angefertigten

F E G E S

160

Quaerigotriae Methodum Com-

muniens in Coddio Paulino

A CAD E M I E

HIPS IENSI S.

Recogitiss & genuo applicatis

Anno 1600. by C. Philippi. Veram

M D C X X

P

I

P

S

I

E

Filii eius FRAN D ENBURG E R V INI



Rescentibus in dies temporum horum difficultatibus , atque auge scente juvenilis aetatis ferociâ & perversitate , non solum Principis Sereniss. nova constitutio , sed ipsa quoque necessitas nobis imponit curam diligentis & accurati respectus atque animadversionis in eos , qui communium mensarum beneficio fruuntur , ut severiore disciplina eosdem regendo , ac petulantiam coercendo efficiamus , quo beneficia Illustri munificentia in homines dignos & tales , de quibus bona frugis spes sit , conseruantur . Quamobrem visum est , sequentibus capitibus definire , quinam deinceps ad usum dictarum mensarum admitti debeant .

in. **I.**

Quicunque E. eibuni in hoc contubernio capere volunt , eum ante omnia in doctrina Evangelica , & religiosa pietate tradita in scriptis Propheticis & Apostolicis , ac repetita in libro Christianæ Concordiæ , breviterque comprehensa in Catechetica Institutione D. Martini Lutheri , sacrae memoriae , nobiscum sincere consentire , & conjunctum esse oportet .

II.

Serenissimæ Domui ac familiæ Saxonice , secundum DEum beneficii hujus largitrici benignissimæ , ad gratitudinem

A 2

nem

XII

M.C.

nem perpetuam procurando illius commoda, & avertendo  
omnia incommoda, quantum in ipso est, obligatum se esse  
sciat.

III.

Nomen quoque suum in libro Rectoris prescriptum  
& obsequio illi addictum esse noverit.

IV.

Magnif. Dn. Rectori, ut & Dnn. Decem-Viris, ac  
in specie Dn. Inspectorri honorem & obedientiam declarabit,

V.

Quilibet Convictor non solum privatas, sed & publi-  
cas prælectiones sedulo diligenterque audier.

VI.

Convictores frequenter & sedulo interesse debent  
Disputationibus, aliisque actibus solennibus publicè indictis,  
principiè anniversariis atque Ecclesiasticis illis congregationi-  
bus, quibus concio Latina habetur in Templo Paulino, ut  
& recitationi Legum & Statutorum Academia.

VII.

Mensis accubituri ante omnia preces ad Deum atten-  
tas effundant, & Lectoris verba, quæ eum in finem, ante  
& post cibum recitat, simul sua faciant, & devote pronunci-  
ent. A mensa discessuri iterum Deo agant grates decentes.  
Inter preces quoque nemo tecto assideat capite, nequé disce-  
dat ante dictam gratiarum actionem. Qui hoc pietatis offi-  
cium neglexerit, is sciat sibi in hoc Convictorio locum esse  
non posse.

IIX.

IIX.

Quilibet mensarum Inspector observabit hosce impios, qui contra has leges peccant, & Domino Directori, vel Concilio Decem - Virali singulis septimanis indicabit.

IX.

Qui communes has mensas frequentat, is pretium consuetum pro victu sine mora omni, in menses singulos, Oeconomio prænumeret. Hoc qui non fecerit, ex numero Convictorum excludetur.

X.

Qui liberalibus studiis non est consecratus, illi in hoc Convictorio non est locus.

XI.

Quicunque a mensa aliquandi abfuerit, eamque Oeconomio aperte non resignaverit, ad pretium pro victu exsolendum non minus teneri se sciar, ac si præsens adfuisset.

XII.

Si quis Convictorum pretio prænumerato hinc abierit, eiad mensem unum (nisi notoria in valetudo diurius eum detinuerit, id quod Dn. Inspector iudicare debet) relinquere in hoc Convictorio locus potest.

XIII.

Si quis diutius abfuerit, tunc Seniori incumbit subpoena remotionis talem absentiam indicare Dn. Inspector, ut loco illius Convictor alias recipiatur.

A 3

XIV.

XIV.

Si quis hinc discedens , aut quoconque modo se subducens locum suum in Convictu deseruerit , nec Oecono-  
nomo satisfecerit , talis secundum Academæ statuta , ter de  
more ad valvas Collegiorum publice citatus & admonitus ,  
si non comparuerit , ac contumaciter emanserit , Relegati-  
onis poena & infamia se affectum iri certò sciat.

XV.

Nemini concessum esto , Oeconomo , ejusdemque  
ministris cibum apparantibus ullam molestiam exhibere .  
Quicunque E. dicto factove eis molestus fuerit , vel contu-  
milia , aut injuria eosdem affecerit , is non solum mensæ  
jacturam faciet , verum a Magnif. Rectore quoque & De-  
cem - Viris condignam pro delicti magnitudine poenam & a-  
nimadversionem sibi expectandam esse sciat.

XVI.

Si quis forte ab Oeconomo , vel eidem adjunctis ,  
quoquo modo læsum se existimaverit , is memor obligatio-  
nis sua de non vindicando seipsum , querelam ad Dn. Recto-  
rem , aut Dn. Inspectorem deferat , qui adhibitis Decem-  
Viris pro re nata justitiam administrabunt.

XVII.

Qui mappas disciderit , patinas & quadras petulanter  
confregerit , vel etiam fornaci & fenestræ aliisque utensilibus  
damna intulerit , a mensa removetur.

XIX.

Sub ipsum punctum horæ XII antemeridianæ & VI  
pomeridianæ fores coenaculi panduntur ; quo tempore si-  
ne

ne tumultū & indecente strepitu Convictores ingredieruntur , locumque sibi assignatum singuli occupabunt.

XIX.

In ipso prandendi cœnandiique actu modeste assidere mensis , attenteque audire debent , quæ præleguntur , insuper ab omni strepitu , clamore , garritu , risuque immodico & quavis tumultuatione alia penitus abstinere volumus Convictores universos & singulos , poenam statuentes in immorigeros & petulantes , ipsam mensæ communis privationem.

XX.

Senior quoque cum Inspectore legum harum sit custos , suisque Commensalibus bono exemplo præeat , in leges has peccantes in viam reducere studeat , contumaces vero Dn. Inspector iudicet.

XXI.

Schedas conspiratorias , chartasque famosas legibus Academicis severissime prohibitas , qui affixerit , sparserit in Convictoriopublico , aut alteri leetas tradiderit , nec Dn. Inspector , aut Dn. Rectori tradiderit , is non modo a mensa removebitur , sed & relegabitur.


XXII.

Symposia ac compotationes , quæ hactenus de pecunia ex multis aliisque collecta , a nonnullis post cibum lumen in Cœnaculo hoc fieri conservaverunt , justis & gravibus de causis omnino tollimus , prohibemusque severissime ; qua de causa volumus , ut statim post auditam horam primam antemeridianam , & vesperi post auditam horam septimam , Cœnaculum hoc claudatur.

XXIII.

XXIII

Atque ut ea, quæ de publica disciplina in hoc Con-  
victorio diligenter & accuratè deliberata, ac communis  
bus sententiis, consilioque maturo constituta sunt, rata  
acunctis habeantur, inviolataque serventur imposteriorum;  
ad obedientiam hisce legibus præstandam, sub poena remo-  
tionis volumus adstrictos Convictores universos & sin-  
gulos. Quibus diversum placuerit, ali-  
bi sibi mensam & victum  
quærere poterunt.







Yc 6668

ULB Halle  
002 639 041

3



8r

Ab. 19 - Langensalza 1064

VDTT m.d.





LEGES  
Pro  
Convictoribus Mensarum Com-  
muniū in Collegio Paulino  
ACADEMIÆ  
LIPSIENSIS,  
Recognitæ, & denuo publicatæ  
Anno post Christum natum

M D C C X.

L I P S I Æ,  
LITERIS BRANDENBURGERIANIS.

47

24 Sept 1700  
Jahr ist das Riff zu convi-  
in Erzgebirge angebrach.